



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1100. Usque Ad Annum 1143

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90117999

§. 60. Mors Philippi. Ludovicus Crassus Rex Franciæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66385](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66385)

Sæcul. XII.
A. C. 1108.

§. LX.

Mors Philippi. Ludovicus Crassus Rex
Franciae.

*Orderic. lib. XI. p. 836.
Sug. vit.
Lud. c. 12.*

In Francia Philippus Rex fatis functus est, anno millesimo centesimo octavo, die Mercurii, vigesima nona Julii, annos natus quinquaginta quinque, postquam annis quadraginta novem imperasset. Animam efflavit Meloduni, atque ut iusserat in Monasterio S. Benedicti ad Ligerrim sepultus est. (*) Ludovicus defuncti filius, jam ante Rex proclamatus, morienti adstitit, cumque exequiæ ducerentur

(*) Ad Regis Philippi obitum Natalis Alexander in Hist. Eccles. Sæc. XI. notat, quod sequitur. *Urbanus II. in Claromontana Synodo de Sententia Patrum Philippum Regem & Bertradam pellicem excommunicavit, ut Bertoldus, Sigebertus, Wilhelmus Malmesburiensis lib. IV. c. II. referunt. Addit Wilhelmus eodem anathemate confixos omnes, qui eum vel Regem vel Dominum suum vocarent, & ei obedirent. At falsum esse illud Wilhelmi ad Historiam istam additamentum, suadet aliorum Auctorum silentium, & summa tunc temporis Galliae pax, quam hujusmodi sententia turbatam non fuisse, siquidem in Regem lata fuisset, incredibile est.*

Et paulo infra: *Chronicon Fuxense testatur morem consignandi Philippi I. annos in publicis*

eis

rentur, pompam auxit cum tribus Epi-
 scopis, Galono Parisiensi, Huberto Silva-
 nectensi, Joanne Aurelianensi, & Ada-
 mo S. Dionysii Abbate. Cum Ludovici
 Regis amici scirent, non nullos Principes,
 cujus insolentiam represserat, ei esse in-
 sensissimos, statuerunt, ipsum, omni mo-
 ra abjecta, esse inaugurandum, cujus
 consilii præcipue auctor erat Ivo Carno-
 tensis, vir doctrina & ætate maxime spe-
 ctabilis. Hunc in finem Daimbertus Ar-
 chiepiscopus Senonensis cum suis Suffra-
 ganeis, Galono Parisiensi, Manasse Mel-
 densi, Joanne Aurelianensi, Ivone Car-
 notensi, Hugone Nivernensi, Humbaldo
 Antissiodorensi, venire rogatur. Tum
 Dominica, die secunda Augusti, Archi-
 M 4 episco-

*cis Instrumentis interruptum fuisse, quamdiu
 sub excommunicatione jacuit, tuncque scriptum
 non fuisse regnante Philippo, sed regnante Chri-
 sto. At unus id asserit obscurus & imperitus
 Auctor, quem falsi convincit, vir inter Hetero-
 doxos eruditus David Blondellus, in Diatriba
 de Formula Regnante Christo. cap. XIX. ex
 veterum Chartarum fide post Annum millesi-
 mum nonagesimum quartum, quo primum Ex-
 communicatio in Philippum lata est, in Synodo
 Augustodunensi die decima tertia Octobris scri-
 ptarum. His enim omnibus, anni Philippi Re-
 gis consignantur, vel hæc legitur Formula: Re-
 gnante Philippo Francorum Rege.*

Sæculum XI. episcopus inter Missæ Solemnia Ludovici
A.C. 1108. cum consecrat, detracto Equitum gladio, ense, quo Reges accingi consueverant, ornat, capiti coronam imponit, Sceptrum, Virgam, ceteraque Regiæ Majestatis insignia tradit. Vix autem peractis cæremoniis, & Rege necdum tra-bea exuto, adsunt Legati Ecclesiæ Remensis cum epistolis, quibus contra Regis consecrationem reclamabant, & Pontificis Romani nomine hanc differri unctio-nem prohibebant. Nam jus Regem primo coronandi soli Ecclesiæ Remensi esse ajebant, quam prærogativam Clodoveus primus Rex Francorum, a S. Remigio baptizatus concessisset.

§. LXI.

Rudolphus viridis Archiepiscopus Remensis.

In Cathedra Remensi illa tempestate sedebat Rudolphus, seu Radulphus, antea ejusdem Ecclesiæ Præpositus, vir optime meritis & S. Brunonis amicus. Nam Manasse II. Archiepiscopo vita functo, decima nona Septembris, anno millesimo centesimo sexto, Rudolphum una pars Clericorum populique elegerat, altera vero, Regi magis addicta, ut ipsi velificaretur, Gervasio Archidiacono, Hugonis Comitis Reteliensis filio, suffragabatur. At Paschalis Papa tunc temporis Re-

Sup. lib.

LXIII. §.

50.

Marlot. l. II.

c. 22.